DECISIONVM CAVSARVM CIVILIVM, CRIMINALIVM ET HAERETICORVM,

Venetiis, in Palatinatu Apostolico Iuridicè tractatarum.

THOMAE TRIVISIANI I. C.

PRÆSTANTISSIMI,

Ac nonnullorum D D. eiuſdem Palatij

Auditorum.

LIBRI DVO.

Nunc primùm in eorum, qui in foro verſantur

gratiam euulgati.

Cum duplici Indice.

del Ap.to 94

Cum Gratia & Priuil. Cæ. Mat. ſpec. ad decennium.

FRANCOFORTI,

Ex Officina Typographica Nicolai Baſſæi, M. D. XCV.

Coll. Soc. Iesv Salm. ex dono Regum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

SPECTATAE VIRTVTIS, FIDEIQVE VIRIS, DNO IOANNI RICHARDO SCHEFFER, I.C. ET *Electori Moguntino à conſilijs; atq; Dn.* CHRISTOPHORO SPRENGER, *illuſtri Comiti Solmenſi Lichæ à Secretis.*

ὑγιαίνειν, καὶ εὐπράττειν.

IMPERATOR noſter, D. Iuſtinianus, amici, Tribonianum cū Collegis Theophilo, & Dorotheo à ſolertia, legum ſcientia, ac fide rerum gerendarum, vt noſtis, comendat. Quo nomine appellat eos, quibus publicæ vtilitatis procurandæ adminiſtratio commiſſa eſt; nec non eas, qui de iure reſpondent, Iureconſultos. Legum enim Antiſtites ij æquè dici merentur, à quibus diuini, humaniq́ue iuris oracula petuntur; atq; illi, qui Curiæ præſunt; vtriq; Iuſtitiæ Sacerdotes. Hi, quod facti eſt; diſcernunt, conſtituuntq;: illi, quid iuris ſit, definiunt.

Appellare autem eſt officij quenq; ſui monere; & eiuſdem dignitatem, atq; cum Repub. neceſſitudinem, vt par eſt, efferre. Nanq; iuris, legumq; cognitio cum ingenij acumine & prompto & dextero fidei haud dubiæ cuſtos, & obſeruatrix eſt. Veluti magnes ferrum attrahit, apprehendit, atque motu

THOMÆ TRIVI-SANI DECISIONUM CAUSARUM Ciuilium.

LIBER PRIMUS.

SUMMARIA.

1 *Differentiæ Doctorum circa allegationes iuris.*
2 *Doctorum miſerorum refugium quale ſit.*
3 *Deciſionum vtilitas, & neceſsitas.*
4 *Deciſiones Rotæ ſunt maioris authoritatis, quàm communis Doctorum opinio, de mente Ioañ. de Imola.*
5 *Deciſiones Rotæ ſunt minoris authoritatis, quàm communis Doctorum opinio, de mente And. Sicu.*
6 *Deciſio etiam ſimplicis Doctoris attendenda eſt.*
7 *Finis Authoris qualis.*